



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 5. De obligatione ad credendum explicite mysteria Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

QUESTIO VII

Anteriorum... posteriorum... quod...

SEPTIMA

- 1. Ad hoc inveniuntur... 2. Ad hoc inveniuntur... 3. Ad hoc inveniuntur... 4. Ad hoc inveniuntur... 5. Ad hoc inveniuntur... 6. Ad hoc inveniuntur... 7. Ad hoc inveniuntur... 8. Ad hoc inveniuntur...

SEPTIMA

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

QUESTIO VIII

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

QUESTIO VI

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

SEPTIMA

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

QUESTIO VII

Ad hoc inveniuntur... quod si... non est... sed...

† al. omnib. autem hominibus † veniendi ad beatitudinem est mysterium incarnationis & passionis Christi. Dicitur enim Act. 4. non est aliud nomen datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.

2 Et ideo mysterium incarnationis Christi aliter oportuit omni tempore esse creditum apud omnes; diuersi modo tamen secundum diuersitatem temporum, & personarum.

3 Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidem de Christi incarnatione, secundum quod ordinabatur ad consummationem gloriae, non autem secundum quod ordinabatur ad liberationem a peccato per passionem & resurrectionem: quia homo non fuit praescius peccati futuri. Videtur autem incarnationis Christi praescius fuisse per hoc quod dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suae, vt habetur Gen. 2. Et Apost. ad Ephe. 5. dicit: Sacramentum magnum esse in Christo & Ecclesia: quod quidem sacramentum non est credibile primum hominem ignorasse.

4 Post peccatum autem fuit explicitè creditum mysterium incarnationis Christi, non solum quantum ad incarnationem, sed etiam quantum ad passionem & resurrectionem, quibus humanum genus a peccato & morte liberatur. Aliter enim non praefigurasset Christi passionem quibusdam sacrificijs, & ante legem, & sub lege, quorum quidem sacrificiorum significatum † explicitè maiores cognoscebant, minores autem sub velamine illorum sacrificiorum, credentes ea diuinitus esse disposita, de Christo venturo quodam modo habebant velatam fidem: † & ea quae ad mysteria Christi pertinent, tanto † expressius cognouerunt, quanto Christo propinquiores fuerunt.

† al. significa-
ta.

† Apud bea-
tum Th. 2. 2.
q. 2. art. 7. ita
legitur, vela-
ta cognitio-
nem.

† Apud beati
Th. 2. 2. q. 2.
art. 7. ita, tan-
to difficilius
cognouerunt
quod a Chri-
sto remorio-
res fuerunt;
& tanto faci-
lius cognoue-
runt, quanto
Christo, pro-
pinquiores
fuerunt.

5 Post tempus autem gratiae reuelatae tam maiores, quam minores tenentur fidem habere explicitam de mysterijs Christi, praecipue quantum ad ea, quae communiter in Ecclesia solennizantur, & publice proponuntur: sicut sunt articuli incarnationis, de quibus supra dictum est. Alias autem subtiles considerationes circa incarnationis articulos tenentur aliqui magis vel minus explicitè credere, secundum quod conuenit statui & officio vniuscuiusque.

QVÆSTIO VI.

De necessitate credendi explicitè mysterium Trinitatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Mysterium incarnationis fide Trinitatis includit.
- 2 Trinitatis mysterium explicitè credendum ab omnibus.

† De hac quo-
que materia
videto Theo-
logos lib. 3.
sent. dist. 25.



EX TA † quaestio est. Vtrum ad credendum explicitè mysterium Trinitatis quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Th. 2. 2. q. 2. art. 8: quod mysterium incarnationis Christi explicitè credi non potest si-

ne fide Trinitatis: quia in mysterio incarnationis Christi hoc continetur, quod filius Dei carnem assumpserit, quod per gratiam Spiritus sancti mundum renouauerit: & iterum quod de Spiritu sancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo mysterium incarnationis Christi ante Christum, fuit quodammodo explicitè creditum a maioribus, implicitè autem & quasi obubrate a minoribus, ita etiam & mysterium Trinitatis.

2 Et ideo etiam post tempus gratiae diuulgatae tenentur omnes ad explicitè credendum mysterium Trinitatis: & omnes, qui renascuntur in Christo, haec adipiscuntur per inuocationem Trinitatis, secundum illud Matth. ult. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

QVÆSTIO VII.

An teneatur vnusquisque explicitam fidem habere de contentis in sacra scriptura.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad fidem aliqua directe pertinent, & quae.
- 2 Falsum opinari cum pertinacia circa spectantia directe ad fidem, hereticum facit.
- 3 Aliqua vero indirecte ad fidem attinent, & quae.
- 4 Circa haeresis labem errare contingit in spectantibus indirecte ad fidem: & quando.
- 5 Ab haeresis nota multi prius immunes reputati sunt, qui nunc non excusarentur.
- 6 Credibile duplex est genus.
- 7 Non omnia pari ratione proponuntur credenda.
- 8 Quae teneatur homo explicitè credere, & quae implicitè.



EPTIMA quaestio est, Vtrum ad credendum per fidem explicitè omnia, quae sunt in sacra scriptura quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomae in diuersis eius dictis. primo in prima parte summae q. 32. art. 4. vbi dicit sic; Dicendum, quod ad fidem pertinet aliquid dupliciter: Vno modo directe, sicut ea quae nobis sunt principaliter diuinitus tradita, vt Deum esse trinum & vnum, Filium Dei esse incarnatum: & huiusmodi.

2 Et circa haec falsum opinari hoc ipso inducit haeresim, maxime si pertinacia adiungatur.

3 Indirecte vero ad fidem pertinent ea, ex quibus consequitur aliquid contrarium fidei: sicut si quis diceret, Samuelem non fuisse filium Elchanæ. Ex hoc enim sequitur scripturam diuinam esse fallam.

4 Circa huiusmodi ergo absque periculo haeresis aliquis falsum potest opinari, antequam consideretur, vel determinatum sit, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei: & maxime si non pertinaciter adhæreat. Sed postquam manifestum est, & praecipue si sit per Ecclesiam determinatum, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, in hoc errare non esset absque haeresi.

Et